

rum : Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra limitem excludatur, sed hi tres dies intra terminum inducantur, et de subter retrahere constitutum est. Ergo in illa synodo ab undecimo Kalendarum Aprilium usque in undecimo Kalendarum Maiarum, Pascha debent servare, et nec ante nec postea cuicumque constitutum limitem transgredi liceat. Similiter et de luna præceptum divinum tenetur. Mandatum est per Moysen : Sit vobis observatum a decima quarta luna usque XXI. Has ergo VII lunas similiter in Pascha tenendo constat fuisse, consecrata sunt. Quando ergo fit intra suum limitem ab undecimo Kalendarum Aprilium usque in unde-

A cimo Kalendarum Maiarum, dies Dominicus, et lunâ ex illis octava sanctificata, Pascha nobis visum est celebrare. Omnis paschalis luna cujuscunque ætatis est, si detrahis ab ea septem, fiet tibi ætas lunæ, quæ fit in initio quadragesimæ. Verbi gratia : Si decima quinta luna est paschalis, tolle de quindecim duodecim, et remanent centum et undecim. Tertia est luna in initio quadragesimæ eo anno quo decima quinta luna est die Dominico paschæ, et cætera similiter. Memento quod anno bissextili luna Februarii mensis triginta dies, et tamen luna Martii mensis triginta dies habeat, sicut semper habet, ne paschalis lunæ ratio vacillet

## DE TONITRUIS LIBELLUS

### AD HEREFRIDUM.

Litteras dilectionis vestræ desideratas (venerande Pater Herefride) accepi, quibus me valde laboriosum atque periculosum opusculum, certe obtrectatorum invidorumque latratibus atque blasphemis patens, qui me fortasse diabolico (quod absit) spiritu, aut iniqua magicæ excogitatione artis afflatum, et non sancti Spiritus gratia illuminatum, aut rhetorico spiritu imbutum, hæc fecisse et excogitasse asserant, nova videlicet præsgia rerum, quasi ore prophetico prædicere subire jussisti. Obsecrantes, scilicet, firmiterque sæpissime præcipientes, ut de sermone aliquid utrobique deesse constat, quid mystice tonitrua præsignant, juxta ingenio mei igniculum, in Latinum vertere sermonem. Vestris autem præceptis obtinens, idcirco hoc opusculum perficere maxime studui, ne vestra venerabilis petitio apud me flocci-

B pendi ab ullo videretur. Verumtamen subnixis precibus flagito ut contra invidos, qui vel canino dente hoc opusculum corrodere aut subsannare conaturi sunt, vel, quasi latrantes canes, abversum me rabido ore desævient, quique in eo se doctos esse arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clipeos opponatis, et anchora sancti sermonis vestri, fidelumque vestrorum, hoc opusculum ex sermone, a fidei vestro in Latinum translatum, omnimodis ab invidorum inimicorumve detractionibus, stabilitum atque illæsum permanere faciatis. Precor etiam vos (pater charissime) ut qui tantum opus me subire fecistis, in sanctarum vestrarum victimis, in conspectu Altissimi, pro me misero peccatore fideliter intercedatis.

#### I. DE TONITRUIS IN QUATUOR ORBIS PARTES.

Ab Oriente. — Ab orientali igitur plaga si exorta

<sup>a</sup> *Libellus de Tonitruis*, ad Herefridum quem Patrem venerandum appellat, translatus ex Græco, fortasse Joan. Laurentii Philadelphiensis Lydi, de quo in Bibliotheca Græca lib. III, cap. 20. Sic Fabricius in sua bibliotheca mediæ et infimæ ætatis; et de Joan. Laurentio in loco laudato : « Laurentius Philadelphiensis Lydus, incertum an Christianus, qui sub Anastasio, Justino et Justiniano imp. vixit, teste Theophylacto Simocatta VII, 16, pag. 186, et Photio Cod. CLXX. Scripserat ad Gabrielem præfectum urbis Constantinopoleos (in quem Leontii Scholastici epigramma legitur in limine libri quarti Anthologiæ) libros tres, unum de mensibus, alterum *περι διοσημειῶν καὶ ὄλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν*, tertium historici ac civilis argumenti, *περι ποδτικῶν ἀρχῶν*, e quo locum Græce producit Lambecius ad Codinum pag. 208. De prioribus duobus præter Photium meminit Suidas, et librum quidem de mensibus, Rutgersius, pag. 289 Var. Lect., et Meursius ad Leonis *Tactica* pag. 447, suspicantur eum ipsum esse quem e Palatino Codice Meursius descripsit, et Rutgersius pag. 247-260 Græce edidit sub titulo : *Ἐφήμερος βροντοσκοπία* \* *τοπικὴ πρὸς τὴν σελήνην κατὰ τὸν Ῥωμαίων Φιγοῦλον* (*Nigidium Figulum* puta astrologica scientia inter Romanos præstantissimum, cujus fragmenta ibi Rutgersius collegit, illisque hunc e Latino Nigidii

Græce translatus libellum præmisit) ἐκ τῶν ΤΑΓΗΤΟΣ καὶ ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν. Sed est potius pars *διοσημειῶν*, ut patet ex primis verbis : *Ἐπὶ πάσης τῆς διοσημείας*, etc. Alias ejusdem libri partes in Codice 2452 biblioth. Regiæ Paris. exstare notavit eruditissimus Neocorus ad Suidam *de Sortibus, de terre motibus, Diarium* sive *Ephemeridem*, indicantem per totum annum ortus et occasus signorum e libris Claudii Thusci, ad verbum Græce versa, etc. Joannes Scheferus Vir cl. Lydi librum *Περὶ διοσημειῶν* existimavit ejusdem fuisse argumenti cum Obsequentis libro de prodigiis; sed ex Arato et aliis constat *διοσημεία* sive *διοσημείος* esse prognostica de tempestatibus, tum e ventis, tonitribus et cæteris hujuscemodi. Videtur etiam ad hunc librum respexisse Leo imp. in extremo *Tacticorum*, verbis a Joan. Cheko interprete lectis, sed quæ in Græco Meursii Codice desiderantur : *qui Ptolemæum diligenter cognoscunt et Chaldaicas quasdam observationes, Arati Phænomena, Joannis Lydi diurnam menstruamque observationem*. Hisce observationibus sive prædictionibus non magnam fidem tribuit Photius : *Ἄλλ' ἢ μὲν περὶ διοσημειῶν ὄσον γε κατ' ἐμὴν κρίσιν καὶ πεῖραν οὐδὲν ἢ ἐπ' ὀλίγον διενήνοχε μύθων*. Liber De mensibus longe alius est, et varia de diis eorumque simulacris ac cultu aspergit quæ inde describere Codinus ac Suidas. Græco ms. ex bibl. Regia Paris. usus est Lambecius, qui loca ex illo libro Græce producit ad Codinum pag. 152, 153, 154, 155 et 172. Photius : *Ἡ δὲ περὶ μηνῶν πραγματεία εἰ καὶ πολὺ τὸ ὕψιστον ἔχει, ἀλλ' οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀραιοτήτος μύθησιν ἐπίχαρι τε καὶ λίαν χρειώδες*. Fabricius, *Bibl. Gr.*

\* Eadem forte Brontologia memorata Læbbeo *Bibl. nov. mss.*, pag. 121, sed in catalogo *mss. bibl. Palatinæ*, pag. 94, leges : *Photii Romani Brontosopia, Joan. Laur. Lydi Philadelphiensis interprete, cum ejusdem Laurentii præfatione, itemque Figuli tonitruum et fulgurum interpretatio ex Tagete Hetrusco*. Posteriores tantum Rutgersius edidit.

fuerint tonitrua, secundum subtilium philosophorum A juslibet anni ambitu si intonuerint, pelagi pisces per traditiones, in anni ipsius circulo, humani sanguinis turmas atque generationes suas, nocivumque serpenti copiosam effusionem ipsa præsignant tonitrua. tini generis exercitum anno in ipso esse fortiter morituros præfigurare dixerunt.

*Ab Occidente.* — Ab occidentali quoque climate cum surrexerint tonitrua, sapientes secundum nimiam subtilitatem indagantes, rerumque præsgia agiliter investigantes, mortalitatem prolis Adæ, pessimamque pestilentiam ipso in anno imminere significare tonitrua dixerunt.

*A Meridie.* — Meridiana (ut sagacis ingenii philosophi, qui intellectuali consideratione, indagabilique prudentia rerum præsgia notaverunt, aiunt) tonitrua, incolas pelagi magna clade anni illius curriculo esse morituros, præfigurant.

*A Septentrione.* — Boreæ namque, juxta subtilitatem eorum qui investigare rerum causas conati sunt, B quando intonant tonitrua, pessimorum peccatorum, paganorum videlicet atque perversorum Christianorum, mortalitatem significant.

## II. PRÆSAGIA PRO MENSIBUS.

*De Januario.* — Si in mense Januario (prout agilitas philosophorum reperit) tonitrua pereréant, in anni ipsius ambitu multos homines ac pecora, oves videlicet, esse morituros, sylvarumque ac nemorum sterilitatem vel infructuositatem præfigurant.

*De Februario.* — In mense Februario si tonitrua fuerint exorta, valde (ut aiunt) auribus audientium nocent, et ad aurem pertinent, qui ipsam perturbant.

*De Martio.* — Martii quoque mensis tonitrua, C juxta sagacis ingenii nobilium philosophorum investigationem, periculosa designant præsgia (sicuti namque dicunt), mortalitatem vel diem tremendi judicii præfigurant.

*De Aprili.* — Mensis etiam Aprilis tonitrua, seminibus (ut aiunt) ac frugibus in anni ipsius curriculo periculum imminere significant, et inter undas vasti pelagi navigare valde esse periculosum prænotant.

*De Maio.* — Si autem aliquo in anno tonitrua Maio in mense tonuerint, illi qui rerum præsgia subtiliter notaverunt, ipsa tonitrua pluviam copiosam frugumque ac feni nimiam fertilitatem anno in ipso esse venturam significare dixerunt.

*De Junio.* — Junio quoque in mense si in curriculo anni illius tonitrua surrexerint (prout philosophi D testantur), piscium diversi generis multifariam diversamque multitudinem inter glauciconas undas fluminum anno in ipso venturas esse ipsa tonitrua declarant.

*De Julio.* — Philosophi etiam qui intellectuali consideratione agilique studio rerum præsgia indagare conati sunt, Julii mensis tonitrua, quocumque in anno, hominibus anni in illius curriculo magnum imminere mortis periculum arboribusque nimiam infructuositatem præsignare dixerunt.

*De Augusto.* — Reperitores quoque, magnarum subtilitatum auctores, egregia prudentia philosophiæ considerationis, in rebus pertractandis, in spectaculi ratibus locupletati, mensis Augusti tonitrua in cu-

*De Septembri.* — Si aliquo in anno (prout sagacis ingenii philosophi subtiliter investigaverunt) Septembri in mense tonitrua fuerint exorta, anni in ipsius curriculo copiosam multitudinem laicorum, de hoc sæculo catervatim migraturam esse, ipsa tonitrua mystice designant.

*De Octobri.* — Auctores, qui mirabili speculatione quid tonitrua temporum significant investigaverunt, asserunt tonitrua mensis Octobris infra anni illius circulum validissimas aeris procellas atque ingentissimos ventos esse venturos significare.

*De Novembri.* — Novembris quoque tonitrua, in quocumque anno tonuerint, juxta subtilium philosophorum physicam speculationem, in anni ipsius curriculo nimiam omnium infecunditatem sterilitatemque imminere designant.

*De Decembri.* — Felici etiam artificiosaque consideratione nobilissimi ingenii doctores, in speculo rerum spirituali cernere conati sunt, quia tonitruum mensis Decembris nihil nocivum malumque hominibus seu cæteris animalibus, aut omnibus frugibus præfigurant, sed prospera atque saluberima ab illis videntur esse.

## III. DE SEPTEM TERIIS.

*De Dominico die.* — Si quolibet in anno, tonitrua in die Dominico tonuerint, prout philosophi, qui rerum præsgia agili consideratione investigaverunt, asserunt, clericorum atque sanctimonialium feminarum ingentem mortalitatem imminere ipsa tonitrua designant.

*De Lunæ die.* — Auctores quoque præclari ingenii, qui pervigili speculatione, secundum humanæ intelligentiæ capacitatem, omnia ac præfigurationes rerum his qui eam agnoscere desiderant scripserunt, si aliquo in anno in die Lunæ tonitrua fuerint exorta, turmas conjugum esse morituros, frugesque eclipsim passuras esse, ipsa tonitrua præfigurare aiunt.

*De Martis die.* — Secundum etiam nimæ sagacitatis florulentam scientiam ac philosophicæ contemplationis subtilitatem philosophi, qui physica consideratione quasi prophetico ore, quid rerum mystice præsgia significant declarant, inter cætera sic aiunt: Martis in die, in cujuslibet anni circulo, si surrexerint tonitrua, magnificam, copiosissimamque abundantiam frugum terræ superficiem esse venturam, mystice tonitrua significare nemo dubitet.

*De Mercurii die.* — Solerti cura cognoscendarum rerum amatores sapientiæ subducti, de tonitruum diei Mercurii præfigurationibus inter diversas ac varias rerum subtilitates, se ita reperisse testantur: nam (ut dicunt) si forte contigerit ut in die Mercurii se elevent tonitrua, scorta ac meretrices fatuasque feminas per agmina sua catervatim de ergastulo carnis esse migraturas, aut humani sanguinis copiosam effusionem ipsa tonitrua præsignare, nulli est dubitandum.

*De Jovis die.* — Efficacis prudentissimæque scientiæ mentis suæ fibris cati inventores, qui indesinenter sanctæ philosophiæ præsentia rerum rimare ac perscrutari non cessant de præfigurationibus tonitruum diei Jovis, prudenti investigatione ita asserunt. Testantur namque quod quotiescunque Jupiter suo in die intonat, multiplicem abundantiam frugum terræ esse venturam, uberrimamque incolarum pelagi superbam multitudinem per cunctos alveos ac turmas suas fluminum multipliciter impleturam, ipsa tonitrua præfigurant.

*De Veneris die.* — Nobilium didascalorum, qui pene a cunabulis inter matris philosophiæ ubera sunt lactati atque nutriti, prudentissimâ contemplatione, acutissima, varioque flore philosophicæque subtilitatis ornata ingenia, de præsentis tonitruum die B

Veneris ita statuunt. Testantur etenim omnimodis Veneris in die tonitrua si contigerint, quia vel regis interfectionem, aut validissimum bellum, multorumque stragem ociter imminere, vel multa pecora moritura esse, ipsa tonitrua præsignant.

*De Sabbati die.* — Philosophi, qui artificiali scientia rerum naturas atque præsentia intellectuâ speculatione subtiliter cernere, juxta sagacissimè eorum ingenii nimiam flagrantiam, conati sunt, de Saturni diei tonitruum omnibus præfigurationibus, quæ taliter investigare atque exponere dicuntur. Si enim (ut aiunt) in die Saturni tonitrua surrexerint, tonue ritque, haud longe exinde aut ingentem pestilentiam humani generis esse venturam, vel validissimum bellum venturum, ipsa tonitrua designant.

## BEDÆ VENERABILIS

ANGLO-SAXONIS PRÆBYTERI

# OPERA DIDASCALICA

SIVE

OMNIUM EJUS OPERUM PARS PRIMA.

SECTIO SECUNDA. — DUBIA ET SPURIA.

## CUNABULA GRAMMATICÆ ARTIS DONATI

A BEDÆ RESTITUTA.

### Praefatio.

Artium Donati liber ita a plerisque vitiatus est et corruptus, dum unusquisque pro libitu suo, sive ex aliis auctoribus, quod ei visum est addidit, sive declinationes aut conjugationes et cæterum hujusmodi inseruit, ut nisi in antiquis Codicibus, vix purus et integer ut ab eo est editus, reperiatur. Quod ne nos quoque fecisse videamur, qua ex causa præsentis digresserimus opusculum breviter in eliminari paginola exponendum esse censuimus. Noverunt omnes qui artis hujus ampliorem quam nos scientiam assecuti sunt quod priorem artem prædictus artigraphus ob instructionem puerorum, sub interrogacionis et responsionis specie descripserit, prout scilicet ingeniis et studiis sui temporis sulcicare judicavit. Verum quia nos nostrique similes a deo obtusi sumus et hebetes, ut plerumque quod regulariter vel interro-

gare vel respondere possit ignoremus, libellum hunc juxta parvitatem sensus nostri collegimus, acutioribus quidem et capacioribus minime necessarium, simplicioribus vero et minus promptis (quantum existimamus) utilem, in quo et ordinem prælati artigraphi, tam in rogando quam in respondendo tenuimus, et probationes quasdam parvulis et incipientibus necessarias ex latere copulavimus, et cætera quæ hujusmodi instructio expetere videbatur. Quatenus parvuli bonæ indolis ad istius artis se studium conferentes, ea de quibus interrogaturi essent et responsuri, ipsi sibi aliquatenus probare, et probando facilius invenire possent; et hoc quasi ludo exercitati, et exercitio excitati, ad majora et pleniora capienda, fierent promptiores.

### INCIPIT LIBER.

Partes orationis quot sunt? Octo.

Quæ? Nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, conjunctio, præpositio, interjectio.

Donatus quæ pars orationis est? Nomen quid est? Pars orationis cum casu, corpus aut rem proprie communiterve significans.

Nomini quot accidunt? Sex.

D Quæ? Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, casus.

Qualitas nominum in quo est? Bipartita est, aut enim unius nomen est, et proprium dicitur; aut multorum, et appellativum est.

Hoc nomen, proprium an appellativum? Proprium.